

# FLORA

68. Jahrgang.

N<sup>o</sup>. 12.

Regensburg, 21. April

1885.

**Inhalt.** Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXI. — Dr. F. Arnold: Die Lichenen des fränkischen Jura. Corrigenda. — Litteratur. — Dr. O. Penzig: Zur gefälligen Beachtung.

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

### XXI.

819. *Astrothelium eustomum* Müll. Arg.; *Pyrenastrum eustomum* Montg. in Ann. Sc. nat. 1843 p. 63 n. 89; thallus olivaceus, sublaevis, sat tenuis; stromata valde depresso-conica, latiuscula, nana, cum thallo concolora, 2 aut 3 aut plura connata, apice truncata,  $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$  mm. lata et albida, soredioso-subfarinosa, in centro minute fusco-ostiolata; apothecia globosa, late longicollia, fusco-nigrescentia, basi attenuata, caeterum multo crassiora, colles longiuscule infra superficiem in tubulum communem aurantiacum connati; paraphyses crebre connexae; asci biserialim 8-spori; sporae (hyalinae) 22—28  $\mu$  longae, 11—13  $\mu$  latae, oblongato-ellipsoideae, 6-loculares. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 179.

820. *Astrothelium confusum* Müll. Arg.; thallus olivaceo-viridis, tenuis, laevis v. hinc inde leviter rugulosus; stromata concolora, circ.  $\frac{2}{3}$  mm. lata, plano-convexa, leviter tantum emergentia, circumcirca sensim in thallum abeuntia, superne circa ostiolum unicum late decolorato-albescentia v. de-

num fere tota albo-pallida, solitaria aut 2—4 et ultra confluentia et tum (more *Trypethelii catervarii*) maculam decolorato-pallidam irregularem formantia; ostiola non emergentia; apothecia pro quoque ostiolo 3—7, nigra, incomplete connata, longe in collum angustata; paraphyses connexae; asci 1-seriatim 8-sporei; sporae (hyalinae) oblongo-ellipsoideae, 4-loculares, 17—18  $\mu$  longae et 7—8  $\mu$  latae. — A cl. Nyland. in Prodr. Nov. Gran. p. 579 ad *Trypethelium pallescens* relatatum fuit, et prima fronte re vera saltem formam simulat *Trypethelii catervarii*. — Corticolum in Nova Granata ad Rio Magdalenae: Lindig n. 141.

821. *Astrothelium umbilicatum* Fries S. O. Veg. p. 287 (1825) ex ipso specim. orig. (ab amic. Th. M. Fr. benevole commun.) idem est ac *Porini uberina* Fée Ess. p. 83 t. 20 fig. 3 (1824) s. *Trypethelium uberinum* Nyl. Pyrenoc. p. 72. — Verrucae demum depresso-umbilicatae sunt. — Nomen Féeanum *uberina* prioritatem gaudet et species dein sub *Trypethelio uberino* Nyl. servanda est. — Corticola in America merid. (ex hb. Fée. Fr. et Hamp. et Fr.).

822. *Pyrenastrum* Eschw. Syst. Lich. p. 16 fig. 15, et Lich. Flor. bras. p. 142 (pr. p.), non Tuckerm. Gen. — Omnia ut in sequente genere *Parmentaria* Fée, sed sporae (similiter fuscae) transversim divisae (nec parenchymaticae). — Species primitiva hujus generis est sequens:

823. *Pyrenastrum septicollare* Eschw. Syst. p. 16 et 25 fig. 15, et Lich. Bras. p. 148. — Ab hoc non differt *Pyrenastrum fuscum* Montg. Guy. n. 211 (fid. specim. Leprieurii n. 803); et dein eandem plantam, etiam e Guyana, habeo ab ipso Montg. inscriptam: *Porodothion Acharii*. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 1328, 1341.

824. *Pyrenastrum depressum* Müll. Arg.; thallus pallide fuscus, tenuis, laevis, linea nigra limitatus; stromata solitaria et connata,  $\frac{1}{2}$ —1 mm. lata, extus intusque nigra, nuda, circumcirca subalato-dilatata, planiuscula, anguloso-orbicularia, tenuia; apothecia 1—5-na, integra, apice in ostiolum concolor exiguum abeuntia; sporae in ascis 8-nae, 1-seriales, fuscae, lenticulari-4-loculares, 14—16  $\mu$  longae et 6—7  $\mu$  latae. — Similior „*Melanothecae Acharianae*“ quam reliquis congeneribus, sed apothecia *Pyrenastri*. — Corticola in Ceylonia: Nieter.

825. *Pyrenastrum Knightii* Müll. Arg.; thallus flavescens-pallidus, tenuis, laevis, nitidulus; stromata  $1\frac{3}{4}$  mm. lata,

regularia, nano-hemisphaerica, nigra et nuda, nitidula et superficie undique regularia, intus cum apotheciis 2—3 omnino concolora; sporae in ascis 1-seriales, fuscae, 28—33  $\mu$  longae et 13—16  $\mu$  latae, 8-loculares, loculi praeter ultimos simplices bilocellati. — Pulchra species, insigniter distincta, cujus stromata prima fronte apothecia *Pyrenulae marginatae* (Hook.) Trev. simulant, at structura interior omnino alia. — In *Pyrenastris* stroma vulgo magis thallinum est, hic autem omnino proprium nigrum adest ut in *Tomaselliis*. — Corpus nigrum in sectione horizontali a parietibus apotheciorum non distinguendum nihilominus pro stromate habendum est, quum apothecia ipsa sola longicolla, omnino connata, formam indicatam hemisphaericam regularem vix constituere possent. — Corticola in Nova Zelandia cum *Parmelia astroidea*: Dr. Knight.

826. *Parmentaria* Fée. — In Lich. Wright. Cubens. *Parmentariam* Fée, diu oblitam (et a Dr. Nylandero infeliciter ad *Verrucariam aggregatam* relata) sensu primitivo restitui, sed idem est ac *Heufleridium* Müll. Arg. L. B. n. 592, in eandem plantam, sc. *H. pentagastricum* conditum. — Reliquae duae species *Heufleridii* (l. c.) ergo sub *Parmentaria interlatente* et *Parmentaria prostrata* nuncupandae sunt. — Ad primitivam speciem hujus generis, sc. *Parmentariam astroideam* Fée Meth. p. 76 t. 1 fig. 14 dein etiam pertinet *Verrucaria pyrenastroides* Knight On some New Zealand. Verruc. n. 9 t. 11 fig. 12 (1860), s. *Astrothelium pyrenastroides* Knight Contrib. to the Lichenogr. of New Zealand. p. 278.

827. *Parmentaria Zenkeri* Müll. Arg.; thallus flavescens albidus, subtenuis, obsolete farinulentus, demum rimosus, caeterum laevis; stromata leviter emergentia, plano-convexa, ostiolo unico rufescente v. fusco aperientia; apothecia vulgo ternata, omnino tecta, valde inclinata, longicolla, integre nigro-fusca; perithecium basi tenuius; sporae in ascis 8-nae, irregulariter 2-seriales, fuscae, 28—38  $\mu$  longae, 12—18  $\mu$  latae, 8—10-loculares, loculi 2—3-locellati. — A *P. astroidea*, quacum sporis convenit, jam colore thalli et stromatibus leviter emergentibus, apotheciis nunquam denudato-perspicuis et ostiolo minuto fusco (toto habitu) recedit. — In cortice Cascarillae (ex hb. Zenk.)

828. *Parmentaria Ravenelii* Müll. Arg.; *Pyrenastrum Ravenelii* Tuck. Gen. Lich. p. 277. — Est vere congenerica cum *Parmentaria astroidea* Fée, sed perithecia in verruca distinctiore

hemisphaerica longe magis approximata, distincte sed leviuscule emergentia et ostiolis distinctis at approximatis praedita, nec in ostiolum centrale unicum valde inclito-abeuntia; verrucae intus obscurae; sporae in ascis 2-seriatim v. superne 1-seriatim 8-nae, fuscae, evolutae circ. 60  $\mu$  longae et 20  $\mu$  latae, 8—10-loculares, loculi 2—6-locellati. — Corticola in Carolina meridionali: Ravenel (a cel. Tuckerm. benigne commun.).

829. *Parmentaria pyrinoica* Müll. Arg.; *Verrucaria pyrinoica* Ach. Syn. p. 91; apothecia valde irregulariter sita, 2—3-na, convergentia aut subsolitaria, conferta,  $\frac{3}{4}$  mm. lata, valde inclinata, primum immersa, dein fere semiemersa; ostiola confluentia aut approximata,  $\frac{1}{5}$  mm. lata, cum strato interno apotheciorum et collorum argillaceo-albida, impressa; asci haud bene evoluti visi videntur 1-spori; sporae 140—160  $\mu$  longae, 33—40  $\mu$  latae, oblongatae, fuscae et crebre parenchymaticae. — Juxta proximam *P. interlatentem* Müll. Arg., s. *Astrothelium interlatens* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 95 locanda est. — Nescio cur hic Lichen campylostomaticus ab oculatissimo Nylander (Pyrenoc. p. 42) ad „*Verrucariam variolosam*“ relatus fuit. — Corticola in Guinea (hb. Ach.)

830. *Heufleria defossa* Müll. Arg.; thallus crassus, colliculoso-inaequalis et subrugosus, olivaceus; stromata cinereo-alba, varie oblongata et paullo anastomosantia, vix emergentia, intus albida, extus scabrida, ostiolis paucis hemisphaerico-mamillaribus emersis centro subdepresso latiuscule nigro-punctatis ornata; apothecia profundissime defossa, aggregata, nigra, subito in collum communem iis pluries longiorem abeuntia; sporae in ascis 4-nae, hyalinae, circ. 100—120  $\mu$  longae et 25  $\mu$  latae, copiose parenchymatice divisae. — Ab *Astr. sepullo* differt stromatibus minoribus, ostiolis magis emersis, peritheciis longissime defossis, collo longissimo et sporis duplo minoribus. — In Guyana gallica, corticola: Leprieur n. 168 (a cl. Montagne ad suum *Astrothelium sepulchrum* erronee relata fuit).

831. *Heufleria praetervis* Müll. Arg.; thallus crassiusculus, colliculoso-inaequalis v. rugosus, rufescenti-olivaceus; stromata plana, vix emergentia, varie elongata et paullo anastomosantia, subferruginea v. ochracea; ostiola sat numerosa, truncata, leviter emergentia, annulo albido cincta, fuscula et punctulis nigris 1—4 confertis aperientia; apothecia oblecta, non profunde immersa, nigra; paraphyses connexae; sporae in ascis 8-nae, 30—50  $\mu$  longae et 7—14  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoi-

deae, hyalinae, circ. 12-loculares, loculi 2—3-locellati. — In Guyana gallica: Leprieur n. 13 (a cel. Montagne ad *Astrothelium conicum* Eschw. relata, ubi sporae omnino aliae).

— —  $\beta$ . *cinerea*, stromata ex ochraceo cinerascencia v. fusco-cinerea. — In Guyana gallica: Leprieur n. 41, 48.

832. *Pleurotrema polysemum* Müll. Arg.; idem est ac *Parathelium polysemum* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 126 (sed altera species *Parathelii*, sc. *P. indutum* Nyl. l. c. pro generis forma normali *Parathelii* servanda est. — Quoad characteres *Pleurotrematis* vid. Müll. Arg. Lich. Cub. Wright. — In Nova Granata: Lindig n. 2691.

833. *Pleurotrema anisomerum* Müll. Arg.; *Verrucaria clandestina* Montg. in Annal. sc. nat. 1843 p. 59 (sed syn. allat., sc. *Pyremula clandestina* Ach. Syn. p. 118 non hic spectat); thallus pallide fuscus, tenuis, laevis; apothecia  $\frac{3}{4}$ — $\frac{4}{5}$  mm. lata, oblecta, sub prominentia thallina obliqua, decumbentia, integra, basi tenuiora, oblique breviter in collum abeuntia; ostiolum nigrum, sub prominens; paraphyses connexae; asci 2-seriatim 8-sporae; sporae 60—65  $\mu$  longae, 25—27  $\mu$  latae, hyalinae, oblongo-obovoideae, longe infra medium 1-septatae, articulus inferior angustior et superiore subtriplo brevior. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 1248.

834. *Plagiotrema lageniferum* Müll. Arg.; *Trypethelium lageniferum* Ach. Syn. p. 105; thallus olivaceo-flavicans, tenuis, laevis, subdeterminatus; verrucae 1-carpicae, (v. raro duplices et tum distanter dicarpicae),  $1\frac{1}{2}$  mm. latae, hemisphaericae, basi sensim in thallum abeuntes, cum thallo concolores et thallinae, late rotundato-obtusae, infra apicem hinc minute nigro-1-ostiolatae, intus pallidae; perithecium ovoideum, complete nigrum sed basi valde attenuatum, apice angustatum (lageniforme) v. etiam collo subdestitutum; nucleus albus; paraphyses tenellae, laxae connexae, confertae; asci angusti, 2-seriatim 4—6-sporei; sporae hyalinae, 120—170  $\mu$  longae, 35—42  $\mu$  latae, cylindricae, 6-loculares. — Extus quasi *Astrothelium variolosum*, verrucis minus elatis et minus flavescensibus refert, nec non *Parathelium macrosporum* Müll. Arg. imitans, sed omnibus partibus validius. — Quoad charact. *Plagiotrematis* vid. Müll. Arg. Lich. Cub. Wright. — Corticola in Guyana (hb. Ach.).

835. *Campylothelium superbum* Müll. Arg.; *Trypethelium superbum* Fries S. O. Veg. p. 287 (1825); verrucae  $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$  mm. latae, alte colliculoso-hemisphaericae, ambitu regulares aut hinc

cordiformi-submarginatae, subinclinatae, argillaceo-flavicantes et nitidulae, intus albae, incurvato-monocarpicae, nunc duplices et triplices; perithecium obliquum (decumbenti obliquum), brevicollum, hinc ad latus verrucae in depressione nigro-ostiolatum; sporae in ascis 6—8-nae, 2-seriales, circ. 150  $\mu$  longae et 35—45  $\mu$  latae, valde oblongatae, utrinque rotundato-obtusae, e biloculari demum copiose sed incomplete parenchymaticae, hyalinae, demum nonnihil flavescenti-obscuratae. — Simile *Astrothelio falaci*, sed sporis et apotheciis simplicibus longe recedens, et a subsimili *Bathelio megaspermo* praesertim perithecio inclinato, verrucis et thallo minus pallidis, verrucis basi arctius circumscriptis aut subconstrictis differt. — Thallus cum verrucis concolor est, sed in specimine originali fere undique deficiens et verrucae tum in hypothallo nigro subsolitarie dense dispersae sunt. — Corticola in India orientali (hb. Fr.).

836. *Trypethelium Perrottetii* Fée Monogr. Tryp. p. 23 t. 12 fig. 1 (1831), ex specim. orig. in hb. Perrott. (in hb. Deless. servato) est omnino junius *Trypethelium Sprengelii*. — Color thalli in ic. cit. nimis olivaceus depictus est et verrucae pallidiores coloratae sunt quam in ipsa planta, quae a juniore *T. Sprengelii* haud ullo caractere distingui potest. Quod dein de ostioliis albidis describitur valde hyperbolice dictum fuit; ostiola enim paullo emergentia areola leviter pallidiore cincta sunt ut in aliis junioribus verrucis *T. Sprengelii* (ut in C. Wrightii II. no. 579 et multis aliis). — Sporae evolutae in apotheciis pluribus exploratis non occurrunt. Paraphyses quadrant, sc. laxe reticulatim connexae sunt. — Corticola ad Caput Viride Africae occidentalis: Perrottet (in hb. Delessertiano).

837. *Trypethelium marginatum* Fée Monogr. Tryp. p. 24 t. 12 f. 2 (sectio c manca), 1831, a cl. Nylander Pyrenoc. p. 78 dubitanter ad *Trypethelium madreporiforme* Eschw. Bras. p. 156 (1829), i. e. ad *Bathelium madreporiforme* relatum, e specim. orig. Perrottetiano, in hb. Deless. servato, re vera ab hac specie Eschweilleriana nullo modo differt, et specimen e Cap-Vert extus intusque cum brasiliensibus (orig.) a celeb. Martio lectis et cum guyanensibus Leprieurianis (n. 27) optime quadrant. — Sporae hyalinae, 40—75  $\mu$  longae, 12—15  $\mu$  latae, 12—20-loculares, loculi longitrorsum pluries subcubico-plurilocellati.

838. *Trypethelium verrucarioides* Fée Ess. Suppl. p. 64, a *Trypethelii* omnino recedit, laminam nec nucleum offerens et

generi *Enterographae* (s. *Stigmatidio*) adnumerandum est. Sit *Enterographa verrucarioides* Müll. Arg.; thallus albus, subfarinulentus, nigro-limitatus, laevis, hinc inde latiuscule convexulo-emergens s. obsolete pulvinuliger, pulvinuli depressi, fere plani, oblongato-elliptici, subcurvati et ostiolis nigro-fuscis orbicularibus non emergentibus nec depressis perexiguus tantum 25—60  $\mu$  latis irregulariter dispositis minute 30—40-puncticulati; perithecium valde tenue, fuscum, triente inferiore evanescens, basi nullum; lamina hyalina; paraphyses laxae connexae; asci angusti, 8-spori; sporae 22  $\mu$  longae et  $3\frac{1}{2}$ —4  $\mu$  latae, fusi-formes, 3-septatae. — Extus *E. affinem* et *E. lacteam* simulat, quarum sporae magis compositae. — Cascarillicola (ex hb. Féeano in hb. Mon.).

839. *Trypethelium inconspicuum* Fée Monogr. Tryp. p. 40 t. 16 fig. 1, Nyl. Pyr. p. 76, s. *Chrooica inconspicua* Trev. Syn. Tryp. p. 19, ad *Melanothecam* Fée s. *Stromatohelium* Trev. l. c. pertinet. — *Chrooica* Trev. l. c. a *Stromatohelio* enim non differt, e verbis, nisi apotheciis colorato-brunneis, sed natura ipsa utiusque plane congruit: apothecia in verrucis aut atra aut saepius atrofusca sunt. — Citata species dein nominanda est: *Melanotheca inconspicua* Müll. Arg. — Perithecia extus in stromatibus minus quam vulgo distinctis saepeque thallum irregulariter et interrupte undulato-gibbosum aut grosse rugosum simulantibus punctulis tantum indicata sunt, nigro-fusca, completa, altiora quam lata, basi attenuata, media altitudine circ. 50  $\mu$  lata. Sporae ut in descriptione Nyland. l. c. — Ad corticem Cinchonae lancifoliae in Peruvia (ex hb. Féeano in hb. Mon.). — Eadem ratione sporologica *Trypethelium duplex* Fée Monogr. Tryp. p. 28 t. 13 fig. 4, s. *Chrooica Féei* Trev. Syn. Tryp. p. 1) nominanda est *Melanotheca duplex* Müll. Arg., et *Trypethelium leucotrypum* Nyl. in Flora 1867 p. 9 (Lich. Kurz. Calcut.) erit nuncupanda *Melanotheca leucotrypa* Müll. Arg.

840. *Trypethelium quassiaeicola* Fée Monogr. Tryp. p. 39 t. 15 fig. 2 (a cl. Nyl. ad suum *Trypethelium pallescens*, nunc *Trypethelium ochroleucum* Nyl. relatum), e specim. ipsiss. Meissn. (in hb Lips.) a *Trypethelio ochroleuco* valde recedit et proxime ad *Trypethelium catervarium* Tuck. accedit at distincte differt apotheciis minoribus in stromate ambitu valde irregulari at bene determinato, convexo-planiusculo, nec margine plus minusve

effuso, semper confertis et distincte stromatigenis, nec pro parte subsolitariis et discretis. Tota dein est tenellior. — In cortice Quassiae: Meissner, Hampe, et Cinchonae: Hampe.

841. *Trypethelium Kunzei* Fée Monogr. Tryp. p. 36 t. 15 fig. 3, e specim. ipsissimi Kunze, sub *Tryp. aurantiaco*, e Surinamia, idem est ac notissima *Verrucaria heterochroa* Montg., quae in Guyanis, Antillis et Brasilia vulgaris. Est generis *Trypethelii* et nomen Féeanum dein servandum.

842. *Trypethelium erubescens* Fée Monogr. Tryp. p. 32 t. 14 fig. 1, omnino cum *Trypethelio ochroleuco* (Eschw. sub *Verrucaria*) Nyl. quadrat, excepto colore thalli et stromatum nonnihil rubente v. rosello, at color non est constans, in eodem specim. orig. ipsiss. Meissn. (in hb. Lips.) in peripheria thalli adsunt nonnulla stromata et partiunculae thalli omnino normaliter albido-pallida. Sit ergo *Trypethelium ochroleucum* v. *erubescens* Müll. Arg. — Corticola in Surinamia: Meissner.

843. *Trypethelium sordidescens* Fée Ess. Suppl. p. 64 (1837), ex specimine Féeano a genere *Trypethelio* structura interiore omnino diversum est, laminam enim offert nec nucleum et genus proprium *Enterostigma* constituit juxta *Enterographam* Fée (1824) s. *Stigmatidium* Mey. (1825) locandum. Characteres *Enterostigmatidis* sunt: Thallus crustaceus; gonidia chroolepoidea; apothecia gymnocarpica, perithecium supeme proprium, caeterum parum distinctum; paraphyses connexae; sporae parenchymaticae, e hyalino fuscae. — Apothecia in specie unica nota exigua, orbicularia aut hinc inde distincte oblongata.

844. *Enterostigma compunctum* Müll. Arg.; *Porina compuncta* Ach. Syn. P. 112, s. *Stigmatidium compunctum* Nyl. Enum. gén. p. 132; *Trypethelium sordidescens* Fée Ess. Suppl. p. 64: Thallus flavescenti-pallidus, crassiusculus, undulato-inaequalis, superficie laevis, determinatus, undique copiose fertilis; apothecia innata, globosa,  $\frac{15-20}{100}$  mm. lata, extus tantum ostiolo (disculo) perexiguo fusco haud prominente et areola anulari pallidiore aquoso-fusca emergente concava et  $\frac{10-20}{100}$  mm. lata cincto perspicua; perithecium undique fulvescenti-hyalinum at superne strato (in sectione axili fere semicirculari) interiore longe tenuiore tantum fuscum est; lamina subhyalina; porae in ascis 8-nae, subbiserialis, 15—25  $\mu$  longae et 7—12  $\mu$  latae, e hyalino pallide fuscae, seriebus transversis 8 subgerinatim



locellatae. — Corticola in America, in Cinchonis (vidi ex hb. Ach.), in Jamaica in cortice Quassiae (vidi ex hb. Féeano), et in ins. Trinitatis Antillarum (ex hb. Hamp.).

845. *Trypethelium anomalum* Ach. Syn. p. 105 (fid. specim. guineensis ex hb. Ach.) est omnino eadem planta quae a cl. Montagne in Annal. Sc. nat. 2 v. 19 p. 72, et in Syllog. p. 373 sub *Trypethelio platystomo* edita fuit. Habitus et sporae (similes iis *T. Sprengelii*) omnino quadrant. — Nomen Acharianum prioritatem gaudet sed plantae in genere nihil anomali ostendenti nimis male adaptatum fuit et *Trypethelium platystomum*, nomen optimum, dein servandum nec immodico jure prioritatis recusandum est.

846. *Trypethelium variolosum* Ach. Syn. p. 104, e specim. Ach. orig. idem est ac *Pyrenastrum sulphureum* Eschw., s. *Astrothelium sulphureum* Nyl., s. *Pyrenodium hypoxylon* Fée, s. *Astrothelium hypoxylon* Nyl., et consequenter *Astrothelium variolosum* Müll. Arg. nuncupandum est.

847. *Trypethelium ochrothelium* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 128 sit *Astrothelium ochrothelium* Müll. Arg.; stromata 2—3-carpica et uniostriolata, saepius duplicia aut multiplicia i. e. 2—12-ostiolata seu circ. 4—30-carpica. — In Nova Granata: Lindig n. 2823.

848. *Trypethelium papillosum* Ach. v. *fuscum* Müll. Arg.; verrucae e cinereo fusco-nigricantes et praeter ostiola paullo majora illas obscuratas *Trypethelii Eluteriae* simulant; ostiola minus prominula. — Reliqua non differunt. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 467 pr. p. — Planta normalis hujus speciei hucusque male notae in C. Wrightii ditissima et splendida collect. Lichenum Cubensium sub n. II: 555 et 556 pulchre data est.

849. *Trypethelium Eluteriae* b. *endochlorum* Müll. Arg.; verrucae extus laevigatae, fuscidulae, intus livido-griseae v. quasi decolorato-flavae. — Quassiaecola in hb. Ach., et in cortice *Angusturae* s. *Bonplandiae*, quale ex hb. Hamp. habeo. — Sporae bene conveniunt.

850. *Trypethelium foveolatum* Müll. Arg.; *Trypethelium papillosum* Krph. Lich. Glaz. p. 84, non Ach.; thallus cum epidermide testaceo-pallidus, margine haud zonato-limitatus; stromata 1—1½ mm. lata, (subinde geminatim confluentia), alte convexo-hemisphaerica, basi constricta, sicca ostioliis 2—5 depressis obtuse foveolato-inaequilia, tota cinerea et late nigro-

2—5-oculata, intus albida; ostiola  $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$  mm. lata, nigra, sicca leviter foveolato-concava, madefacta nonnihil emergentia; apothecia nigra, integra, globosa v. paullo altiora quam lata,  $\frac{7-9}{20}$  mm. lata; nucleus albus; paraphyses capillares, assueto more generis laxe anastomosantes; asci 8-spori; sporae 2-seriales, hyalinae, 58—66  $\mu$  longae, 10—13  $\mu$  latae, fusiformes, 10—16-loculares. — Prope *Trypethelium platystomum* Montg. locandum est, ubi stromata sicca non foveolata nec basi constricta. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 5071.

851. *Trypethelium insigne* Müll. Arg.; thallus 1— $1\frac{1}{2}$  mm. et ultra crassus, eximie gibboso-inaequalis et demum in plagulas angulosas inaequales ruptus, superficie caeterum laevis et testaceo-pallidus, intus albidus; stromata  $1\frac{1}{2}$ —2 mm. lata, hemisphaerica v. ellipsoideo-hemisphaerica, convexa, vertice demum planiuscula, basi distincte constricta, concolora, nitidula, copiose et minute nigro-ostiolata, intus obscure flavicantia; apothecia ovoideo-lageniformia, integra; paraphyses connexae; sporae in ascis 8-nae, hyalinae, biseriales, circ. 50  $\mu$  longae et 10  $\mu$  latae, fusiformes, circ. 11-loculares. — Offert stromata basi constricta et ostiola *Trypethelii Eluteriae*, thallum potius *Tryp. platystomi*, et utroque robustius est. — Cinchonicola.

852. *Bathelium benguelense* Müll. Arg.; thallus argillaceo-pallidus v. nonnihil flavicans, tenuis, subpulverulentus; verrucae  $\frac{4}{5}$ —1 mm. latae, saepe duae v. paucae confluentes, hemisphaericae, thallo subconcolores, leviter eo pallidiores, demum superne pallide ochraceae et subpulverulentae, circ. 3—6-carpicae, intus pallidae, ad ostiolum nigrum punctiforme circulari-depressae, in depressione praeter centrum concolores; perithecia globosa, completa, apice vix in collum abeuntia, ibique nigra et discreta; nucleus albus; sporae in ascis 8-nae, 2-seriales, hyalinae, elongato- v. fusiformi-ellipsoideae, circ. 55—60  $\mu$  longae et saepius 15  $\mu$  latae, transversim 14—20-loculares, loculi copiose cubico- v. subcubico-locellati. — Inter *Bath. madreporiforme* et *B. Cumingii* fere medium tenens, ob depressionem ostiolorum majorum et colorem partium tamen affinius est posteriori, a quo recedit thallo et verrucis non cupreo-fuscidulis et ostiolo solo (nec tota depressione) demum nigro. — Corticolum in Bengalia: Sulp. Kurz.

853. *Boltaria cruentata* Müll. Arg. Lich. Wright. Cub. (n. 162) v. *chlorotica* Müll. Arg.; thallus rore sanguineo-purpureo fere omnino privatus et fulvescenti-pallens, nec nisi

inter stromata magis approximata ut in forma genuina speciei tinctus; stromata et sporae omnino ut in specie. — In cortice Cascarillae (ex hb. Hamp.).

854. *Melanotheca Fééana* Müll. Arg.; *Pyrenula porinoides* Fée Ess. p. 77, excl. syn. Ach. — Thallus aurantiacofulvescens, laevis, subtenuis; apothecia in series simplices turgidulas pallido-decoloratas disposita, innata et inter se alte conata, tota nigra, apice minute v. demum latius punctiformi-subemergentia; paraphyses liberae, valide capillares; asci 8-sporei; sporae subbiserialae, 15—18  $\mu$  longae, 6—7  $\mu$  latae, fuscidulae v. fuscae, oblongato-ellipsoideae, lenticellari-4-loculares. — Est quasi species *Melanothecae* habitu *Trypethelium Kunzei* (*Verrucaria heterochroma* Montg.) referens. Planta prima fronte etiam *Pyrenulam mollem* Fée (fid. specim. Fééan.) simulat. — Ad cortices Cinchonarum (specim. Fééan.).

855. *Tomasellia* Mass. in Flora 1856 p. 283, a *Melanotheca* differt sporis hyalinis, sed sensu ampliore quam apud Massalongo accipiendum est, coadunans sporas 2—4-multiseptatas, ambitu latiores et angustiores, similiter ac in *Arthopyrenia*, *Porina*, *Patellaria*. — Antea ad *Arthopyreniam* duxi sub titulo sectionis distinctae (L. B. n. 642), sed ex analogia cum *Pleurothelieis* servanda est.

Sect. *Syngenesorus*; *Arthopyreniae* sect. *Synpyrenia* Müll. Arg. L. B. n. 622; genus *Syngenesorus* Trev. Consp. Verr. p. 15. — Sporae ambitu latiusculae, 2-loculares. — Hic spectant *T. brasiliensis* Müll. Arg. Lich. Eschw. et *T. arthonioides* Mass. — *Melanotheca arthoniella* Nyl. Pyrenoc. p. 70, quae ex characteribus l. c. expositis etiam hoc loco quaerenda esset, re vera est species *Mycopori*. — Ad sectionem *Synpyreniam* insuper pertinet *T. accumulata* Müll. Arg., sc. *Verrucaria accumulata* Krppl. Lich. Glaz. p. 81. Perithecium basi deficiens; paraphyses tenuissimae, superne varie arcuatim connexae. — Rio de Janeiro: Glaziou n. 5427.

856. Sect. *Oligomeris* Müll. Arg.; genus *Alhrismidium* Trev. Consp. Verruc. p. 15; sporae oblongatae (sed non acicularae), 4-loculares, aut loculi numerosiores. — Hic pertinet species sequens.

*Tomasellia* (s. *Oligomeris*) *leucostoma* Müll. Arg.; thallus pure albus, tenuis, laevis, farinulentus, demum evanescendo-depauperatus, hinc inde lineis nigris tenellis peragratus; apothecia nigra, glomeruloso-connata et pro parte so-

litaria, glomeruli 2—6-carpici, convexi, gibbosi, ambitu obtuse anguloso-orbiculares,  $\frac{2}{3}$ —1 mm. lati, ostiolis paullo depressis in centro vestigia thallina alba diu gerentibus ornati; apothecia in cortice nidulantia, superne incrassato-confluentia, inferne quoad perithecium valde attenuata aut subnulla; sporae in ascis octonae, 2-seriales, 15—18  $\mu$  longae, 5—6  $\mu$  latae, oblongato-ellipsoideae, 4-loculares. — Ad corticem Cascarillae (ex hb. Hamp.).

857. *Tomasellia* (s. *Celothelium*) *Cinchonarum* Müll. Arg., thallus albus, tenuis, laevigatus, verniceo-nitidulus, margine effusus; apothecia in pustulis  $\frac{2}{3}$ —1 mm. latis convexis gibbosis dense connata; pseudostromata leviter albo-velata, demum nudata, extus intusque nigra; apothecia basi undique completa, superne crassiora; sporae circ. 60  $\mu$  longae et  $2\frac{1}{2}$   $\mu$  latae, pluriseptatae. — A *T. aciculifera* differt thallo purius albo, nitidulo, apotheciis paullo validioribus et basi completis nec ibidem deficientibus. — In cortice Cinchonae (ex hb. Hamp.).

858. *Verrucaria parasema* Zenk. in Goebel Pharm. Waarenk. I. p. 140 t. 16 fig. 5, ex specim. orig. non est *Verrucaria*, nec Lichen pyrenocarpicus, sed e structura apothecii et sporarum ad *Gyrostomium scyphuliferum* (Ach.) Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 51 pertinet, thallo depauperato, fere nullo, et apotheciis pauperulis, caeterum plantae vulgari perfecte congrua. (specim. Zenk.).

859. *Verrucaria aspistea* Zenk. ap. Goebel Pharm. Waarenk. I. p. 193 t. 25 fig. 4 (non Ach.), e specim. orig. sit *Melanographa* (s. *Hemigrapha*) *Zenkeriana* Müll. Arg.; thallus olivaceo-pallidus, tenuissimus (cum epidermide demum grosse subquadratum ruptus), laevis, zona nigra limitatus; lirellae perexiguae,  $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{7}$  mm. latae, orbiculares et paullo oblongatae, imo duplo longiores quam latae et leviter irregulares, leviter tantum emergentes, nigrae, opacae, leviter impresso-rimatae, margines haud prominuli; perithecium nigro-fuscum, basi sub lamina deficiens; discus subplanus; epithecium fuscum; lamina hyalina; asci cylindrico-ovoidei, apice pachydermei, 8-spori; sporae mox fuscae, 11—13  $\mu$  longae, 4  $\mu$  latae, fusiformi-ellipsoideae, 2-loculares. — Figura a l. c. habitum bene exprimit, at lineae nigrae, ut auctor in descript. dixit, nil sunt nisi fissurae corticis. Lichen (non est pyrenocarpicus, ut jam fig. c l. c. exhibet, sed speciem *Melanographae* constituit affinem *M. epigraphellae* (Nyl.) Müll. Arg. e Nova Caledonia notae. —

Ad corticem offic. *Bonplandiae trifoliatae* (ex specim. orig. Zenk.).

860. *Verrucaria stigmatella*  $\gamma$ . *lactea* Ach. Univ. p. 277 et Syn. p. 80 eadem est ac *Melanotheca Arthoniella* Nyl. Pyrenoc. p. 70, quae est generis *Mycoporelli* Müll. Arg. Lich. Palaest. n. 20; sit *Mycoporellum Arthoniella* Müll. Arg. — Nomen *lactea* apud Achar. tantum sub varietatis titulo occurrit et dein pro specie prioritatem caret. — Sporae in specim. Ach., similiter ac in brasiliensibus, angustiores sunt quam in descript. Nyl. l. c., vulgo non ultra 6—8  $\mu$  latae sunt. — Corticola in India occidentali: Swartz (in hb. Ach.).

861. *Porina papillata* Ach. Syn. p. 111, est eximie affinis *Pertusariae leioplacae* v. *laevigatae* Th. Fries et similiter paullo flavicans, sed recedit ostioliis fusco-pallidis et sporis (60—78  $\mu$  longis et 23—25  $\mu$  latis, intus laevibus) in ascis 2-serialibus. — Sporae 1-seriales non nisi in ascis abortu 4-sporis (in eadem lamina) occurrunt. Reliqua autem extus intusque conveniunt. Est *Pertusaria papillata* Tuckerm. Syn. p. 85. — Corticola in America sept. (vidi spec. hb. Ach.).

862. *Porina granulata* Ach. Syn. p. 112, e specim. Ach. omnino quadrat cum *Trypethelio verrucoso* Fée Ess. p. 66 t. 18 fig. 3, s. *Porina verrucosa* Fée Suppl. p. 73, s. *Pertusaria verrucosa* Montg. Cent. III. p. 78. Sporae in ascis 1-seriales, 4—5—6 nae, 80—90  $\mu$  longae et circ. 35—40  $\mu$  latae, v. in ascis subinde immixtis 2-sporis 110—120  $\mu$  longae, intus eximie costatae. Sit ergo *Pertusaria granulata* Müll. Arg. — Nomen autem *Pertusariae granulatae* Müll. Arg. L. B. n. 756 dein mutari debet; sit *Pertusaria paraensis* Müll. Arg.

863. *Porina subcutanea* Ach. Syn. p. 113, proxime affinis est *Porinae nuculae* ejusdem, at apotheciis fere duplo latioribus, modice tantum convexis v. plano-convexis, basi sensim in thallum abeuntibus, omnino thallino-vestitis et sporis 7—9-septatis differt. A. *P. superiore* Müll. Arg. differt sporis brevioribus et tobosis. — Sporae in specimine haud bono 72—83  $\mu$  longae, cum halone 18—23  $\mu$  latae (melius evolutae verisimiliter majores), utrinque acutatae, loculi aequilongi. Ostiolum parvum et fuscum. — In India orient. (vidi specim. Ach.).

864. *Porina marginata* Fée Ess. p. 82 t. 21 fig. 5 et t. 41 fig. 1 (e specim. orig.) non specificè differt a *P. mastoidea*, sed forma peculiaris est: *Porina mastoidea* v. *marginata* Müll. Arg.; apotheciis circa ostiolum nigrum plus minusve late aurantiaco- et fulvescenti-decoloratis. — Inter talia apothecia

cia ejusdem specim. orig. pauca alia occurrunt ubi tota superficies, praeter apicem nigratum, cum thallo concolor. — Alia dein specimina pro *P. marginata* ex hb. Féeano visa cum *P. mastoidea* simpliciter congruunt.

865. *Porina variegata* Fée Suppl. p. 75 est species distincta, a qua non differt *Verrucaria dissipans* Nyl. Lich. Cub. p. 294.

866. *Porina americana* Fée Ess. p. 83, t. 20 fig. 4, Suppl. p. 74 t. 41 *Porina* fig. 2, species distincta est, thallo granuloso, apotheciis depressiusculis superne haud foveolatis rotundato-obtusis mox subdeterso-aurantio-rubellis dignoscitur. Sporae ut in *P. nucula* (5-)7-septatae, circ. 44—50  $\mu$  longae et 12  $\mu$  latae (ex specim. orig. Féeano).

867. *Porina viridi-olivacea* Fée Suppl. p. 74 t. 41 *Porina* fig. 3, fere cum *P. mastoidea* convenit, sed differt verrucis distincte majoribus. In specim. orig. viso ostiola nondum perspicua et partes interiores incomplete evoluta, thallus autem ut in *P. mastoidiza* et in *P. superiore*.

868. *Porina mastoidea* Fée Ess. p. 82 et Suppl. p. 74 (excl. syn. Ach.), e specim. orig. est vulgaris *P. gilva* (Zenk.) Müll. Arg.

869. *Porina* (s. *Euporina*) *superior* Müll. Arg.; thallus olivaceo-viridis, tenuis et laevis, effusus, demum crassior et hinc inde colliculoso-rugosus; apothecia hemisphaerica, thalino-vestita et concolora, demum superne latiuscule aurantiaco-pallida, ostiolum punctiforme, e fusco pallidum; sporae in ascis 2-seriatim 8-nae, 95—110  $\mu$  longae, 17—20  $\mu$  latae (c. halone), fusiformes, subaequaliter 9-septatae. — *Porinam nuculam* simulat sed sporae multo longiores et magis divisae et thallus magis evolutus. — Est *Porina mastoidea* Fée pr. p. (exclus. Syn. Ach.). — In hb. Féeano cum *P. americana* mixta adest et pro *P. americana* a cl. Glaziou cum cl. Krph. communicata fuit. — Ad cortices officinales (hb. Féeanum).

870. *Porina nuculiformis* Müll. Arg.; omnia ut in *Porina nucula* Ach. Syn. p. 112 (fid. specim. Ach., quae exacte eadem ac *Porophora gilva* Zenk. in Göbel t. 25 fig. 1 (fid. specim. orig. Zenk.), sed tota rudior, robustior, apothecia paullo majora, magis elato-hemisphaerica, basi plus minusve constricta et ostiolo majore e fusco mox nigrescente praedita, sporae dein utrinque acutiores et loculi duo intermedii reliquis longiores. — Corticola in Guyana gallica: Leprieur n. 1237.

871. *Porina* (s. *Euporina*) *pungens* Müll. Arg.; thallus argillaceo-fuscescens, tenuis, determinatus, linea vix distincta nigrescente cinctus, totus laevis, superficie polito-aequalis; apothecia alte conico-hemisphaerica, quasi pungenti-emersa,  $\frac{1}{2}$  mm. lata, concolora, apice circa ostiolum punctiforme haud emergens latius rufo- v. fuscescenti-tincta et ibidem nitida; perithecium globosum, fuscidulum; asci 2-seriatim 8-spori; sporae fusiformes, circ.  $45 \mu$  longae et  $8 \mu$  latae (halone non computato), 7-septatae. — Species insignis, nulli nisi brasiliensi *Porinae hemisphaericae*, sc. *Trypethelio hemisphaerico* Eschw. Bras. p. 155 affinis, sed thallus aliter coloratus, apothecia majora et aliter colorata. — Ad ramulos in insula brasiliensi Sanctae Catharinae: Blumenau (ex hb. Hamp. habeo).

872. *Porina* (s. *Sagedia*) *phaea* Müll. Arg.; *Verrucaria phaea* Ach. Syn. p. 88; thallus fusco-cinerascens (ex Ach. l. c.); apothecia circ.  $\frac{1}{5}$  mm. lata, depresso-globosa, semiimmersa, nigra, opaca; nucleus pallidus; paraphyses capillares, numerosae, liberae, ascis multo longiores; asci lineares, superne subangustiores, biseriatim 8-spori; sporae 8—10  $\mu$  longae,  $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$   $\mu$  latae, ellipsoideo-baculiformes, 2-loculares, medio vix constrictae. — Prope *Porinam cinerisedam* et *P. mundulam* locanda est. — Corticola in India occidentali (vidi ex hb. Ach.).

(Fortsetzung folgt.)

## Die Lichenen des fränkischen Jura.

Von Dr. F. Arnold.

(Flora 1884/85.)

### Corrigenda.

**50**: I. 2 (non I. 1); **94**: *incusa*: III. 1 (non III. 2); **111**: V. 4 (non V. 5); **123**: III. 2 (non III.); **132**: V. 5 (non V. 6); **133**: V. 3, 4, 5, (non 6); **169**: V. 5 (non V. 4); (**201**) *L. detractula*: III. 2; **202**: III. 3 (non III. 4); **284**: I. 2 (non I. 1); **312**: I. 2 (non I. 1); IV. 4; III. 1, (non IV. 1); **362**: I. 2 (non I. 1); **375**: VI. a (non IV. a); **480**: V. 1, 3, 4, 5, (non V. 3, 4, 5, 6); **492**: I. 2 (non I. 1); **494**: adde I. 4; **499**: V. 4, 5, (non 4, 6).

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1885

Band/Volume: [68](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 247-261](#)